

actus facit. Sin illum, quod nos toties petimus, et si
ipse iussit bonâ vestra cum gratia demiseritis, facilius
fuerit ipso etiam desistente ejus in locum alium inve-
nire. Hectorem idoneum, praetereaq; absortis etiam
opera et consilio minus cavebitis. Quod si feceris;
tis, facturos autem certo speramus, non vulgarem
ad nostram arguere et Republicam vestram bene;
volentiam accessionem factam operam dabimus
ut experiamini. Data 7. Octis 1598.
Ad Consules, Senatam et magistratus
Nemausensis Reipub.

D. Vorstio Clariss. D. Pareus.

326

Salutem

Cogitatio illius, quod verissime dixit Poeta:

jam adfuit supra.

Curando fieri quaedam peiora videmus
et Vulnera, quae meliora non tetigisse, sunt.

cf No 304

nec non acerbitas doloris, quem tua et ad me et ad
amicos scripta libera mihi inflixerunt, tanto gravi-
orem, quanto te propter praclaras doctas tuas etiam
vi ~~et~~ ingenio, et magis promovere studui, mihi Cla-
rissime D. Vorsti, effecit, fateor, ut nec ad tuas super-
iores responderem, nec etiam ad postremas respondere
animum induxerim, sed silentio potius esse sanare et dolorem
meum concoquere cogitarem: nisi et tot oblationes tuas,
et D. Holstemi preces mihi responsum quasi extorsisset.
Ultimam vero de levissima, ut tu vocas, questione dissentio esse!
Sanè ipse inquisitiones pronuntiam, quae de dissentiente me
non ferrent. At magis magisque ostendis ipse, non de levissi-
ma questione, sed de fundamentis religionis nostrae: non
de questione una, sed de universa fide nostra controve-
rsiam abste moveri. Ultimam ille jam vix occa. My raron
de Socinismo tuo calumnia vana, ut tu vocas, effecit et tu
jam omnes propè fratres metuere cogere huiusmodi

cur non re-
sponderet.

Lacet anquis in terra. Non credam ^{quid}. Sed quid est
quæso, quoddammodo scribis te ex Sanae te ditionum
libris didicisse demum verè deo loqui? Nostros
h. e. omnes Evangelicos non pauca dubia proce-
bis, falsa pro veris tenere? Quid illud, ^{quod} tres
tue priores theses ad D. Tossarum scriptæ sunt ita
Sociniani & semiles, ut omnium vix magis oro? Quid
^{græci & postea} est, quod quanto mentem tuam exponis plurib; tantò
^{Orth.} ad Socinum acedis propiq; utcumq; eo quæ quæpata
admisere studeas? Meministi initis te solam Dei
justitiam, quæ vult bonis bene, malis male esse non
utiq; contingentia voluntatis, sicut vult eas plue-
re, aut non plue: sed perfectione atq; reu. sibile
natura sicut vult esse Deus: hanc inquam, justiti-
am quæ est pars universalis rectitudinis in Deo
Solam te cum Socinoneque: in memoriamq; quod
Apostolus passionem propter nos notat eundem iusti-
judicii Dei: quandoquidem justitiam & apud Deum
antra potestatem &c. Relinquebas interim nobis Christi
apud nos veram et propriè dictam: qui pro
qui poenas nobis debitas Deo persolverit, thes. 17,
et 18. Postea ut intelligeretur, quod ad me et alios se pig-
scripsisti inquit tue tibi theses non satisfecerent,
proferebas nobis nefas quod dicens non satisfaci-
onem semiplenam, in propriam, hoc etiam si induc-
carillo, quod Christus non omnes poenas nobis de-
bas nec mortem æternam persolverit: cum prius thes.
7. et 9. à vobis ista scripsisses, non ex parte se
plenè sime à Christo dissolutum esse totum de-
bitum nostrum, et temporariam passionem
filii Dei, cum sit passio veri et æterni Dei, equi-
valere, imò præponderare æternis et infinitis omni-

eorum pro quibus ille passus est, supplicis. Tandem, ut
quod tenderes, magis liqueret, pedem amplius protulisti;
et in ipsa scripti limine (quod solum affexi, exhibitum
mihi 17. Junij ab Heloterio: neque enim dum vacavit peror-
ationes, his portulis bonas horas dare) non dissimulan-
ter abieisti ecclesie doctrinam de fide justificante et
justificatione ipsa, nec amplius tibi placeat peccatorem
justificari coram Deo hac fide, si credat h. e. certis cor-
sedat, grafe nominatim Christum mortem et sermone
et uniuscuiusque damnatorum poenas sensisse: contra magis
tibi aridere videtur Sociniana fides et justifi-
catio: nempe nos recipi in gratiam, si Christo confidamus,
et obtemperemus: quae duo Socino idem valent. Et tibi
justificati imputata jam nulla est: nulla fides justificans,
h. e. accipiens justificationem gratuitam propter
unicum et perfectum Christi meritum: sed fides
justificans tibi est fiducia et obedientia Christo,
seu Deo propter Christum praestita: (scio Socinum sic
ludere) immo conversio nostra tibi antecedit fide
et condonationem peccatorum tanquam causa effe-
ctum: et est eo quod: quae etiam thes. x. & s. ad d.
Toss: non dissimulasti: cum prius thes. 10. antea
verè scripsisti, veram poenitentiam esse deum Dei:
quod ex formula foederis iis solis contingat, quos jam
in gratiam receperit Deq. ferent. 101. ita ut remissione
peccatorum potius sequatur quam antecedit. Haec
talia profectò sunt, quae suspicionem Sociniani
tui multis bonis, qui te norant et amant, non pos-
sunt non cum summo dolore perungere, ut metu,
aut conscientiam suam non tam evidentibus ut scri-
bis rationibus constrictam quam Socinianarum aspe-
ctuarum laqueis captivam teneri, quibus tandem tibi

Ad Verba
numerosi, suppe-
dit. Sociniani.

Socini Theologia
de Christo et
salute nostra.

huius peccatoribus, ut everso iustitia divina fundamento
evertas simul h. e. aperte neget immensam Dei iram
adversus hominis peccatum, neget immensam homi-
nis culpam et reatum: neget immensam satisfactio-
nis necessitatem: neget satis factionem omnem
neget personam satis facientis Christi videlicet
mediatoris immensam naturam et potentiam,
divinitatem. Huc enim nostri theologorum illud
Q. uod d. Socinianum tendere, contra ex Christi
vita magis, et ipsum Christum servatorem
merito exemplarem cum Socino facias, cupis scis hoc
esse de Christo et de salute hominis blasphemum
commentum. Dominum Deum pro summa bonita-
te olim decrevisse omnibus reus passibus et famulis
versibus peccata condonare et aeterna vita eos
donare. Propterea ipsum Christum, filium unigeni-
tum in mundum misisse, ut hanc ejus voluntate
patefacere: et sanctissima sua vita nobis exem-
plar factus viam salutis monstraret. Unde factum ut
Christus Jesus non modo tantam liberalitatem nobis
annunciaret, et mirandis operibus confirmaret: verum
etiam postquam nobis sanctionem vite sua vitam
salutis monstraverat. Deo ita mandante, passionem
et morte exsecrabili eam obsequeret. Quam
proinde etiam Deus, in tanta obedientia sci-
licet usque ad mortem crucis insignem premium
sestidie a mortuis excitatum in coelum assumptum
talem vitam transtulerit, omnipotentia ipsi
data in coelo et in terra, ut eos qui viam ad i-
pso verbis et exemplo praemonstratam
ingressi ac persecuti fuerint, conservare
et vita aeterna ipse donare possit: Sic Christus
esse servatorem

esse Servatorem nostrum, et non aliter. *utq. scilicet* fi-
erit, ut quicumq. crediderit in Christum Ch. e. non qui
fiducia certa meritum meritis ejus sibi applicat,
erit, sed qui se abnegata impietate juxta Christi pre-
ceptum, ad Deum per bona opera converterit.)
Remissionem peccatorum et vitam eternam certo con-
sequatur. Credere enim in Christum et Christi jussu
se ad Deum convertere, et Deo obedire, et bona
opera facere, idem valere: et esse in hominis potesta-
te ac libertate positum, quia homo habet liberum
arbitrium, h. e. facultatem per bona opera sua ad De-
um perveniendi etc. Hæc est egregia Socii Theolo-
gia, quam non ex Evangelio Jesu Christi hausit, sed ex
infansto cerebro suo confinxit: tunc nimirum ten-
dens aperte, ut pro vero Deo jovem aliquem sibi
vicum nobis obtrudat, qui scelera hominum vi x-
pili faciat: ut Christus æterna Deitatis natura et
redemptoris munere exuatur: ut peccati horribilis
deformitas et reatus elevebatur: ut pravitas nostre
nature extenuetur: gratia Dei abnegetur: justitia
imputata effides justificans tollatur: vires arbitrii
nostri meritis humana stultitiae: superbia con-
des humani ad se ipsos Deum sperantur, et sic miser
homo cum Satana harum blasphemiarum acriter
in exitum eternum ultiq. precipitetur. Hæc aut
cum Socino statuenda, aut cum Ecclesia Christi da-
munda tibi esse vides: Damno inquis sententiam pec-
catorum in defectu. Hæc Socinianam hæresin
vel nominare vereris? ut insigniam non damnas?
Mediam, inquis sententiam ego sequor: cum Augustinus
Lombardus, Thomas, Muscalus, Fallerus si inter verita-
tem Evangelii et onerodacium diaboli medium statuis:
et sine dubio illis quos nominas injuria sententiam
tuam tribuis: quod justitiam de qua queritur, Dei

De Sto 1598.

Quor sunt peccati
Socii Theologia?

Responsio
ad singula
Socii.

Virtus vult
mediū tenere
inter eos et So-
cinum.

Satisfactio Christi
per se sufficiens
necessaria.

ex libero Dei
decreto.

Ex Dei stat.

Semiplena satisfactio
Christi a. 612 ad
30. 10. 11.

natura adimant: satisfactionis necessitatem tollat.
Christo satisfactionem semiplenam relinquunt. At
suspendunt illi satisfactionis necessitatem a
liberissimo decreto Dei. Concedo de modo satisfacti-
onis per Filium mediatorem. Nam hunc modum
Deus haud dubie liberissimo decreto disposuit.
alium modum divina sapientia invenire potuerit
annun, nostrum non est disquirere. Hoc illi sta-
tuunt: hoc et nos statuimus. De omnimoda satis-
factionis necessitate non concedo, cum fuisse con-
tingentis decreti justum esse enim apud Deum in-
tanto deo &c. inquit Apostolus: quia Deus in vo-
luntate solus sed natura amat bonum, aver-
satum malum. Ps. 5. & 45. Non nego propter decretum
seu edictum illud Dei. Morte morientis necessari-
am fuisse hominis peccantis destructionem, et
ut servaretur, vel ipsi vel mediatoris pro-
prie satisfactionem. Sed nego necessariam fuisse
hominem tantum propter hoc edictum: aliusque destructio
Diaboli peccantis non fuisse necessariam, qui edicto
ejusmodi nullum habuit, et homo peccans sine illo
edicto non fuisset abjectus a Deo: quorum utrumque sine
dubio est falsum. Quare tum propter justitiam
Dei naturalem, tum propter veritatem communi-
cationis divinae necessaria fuit pro hominis pec-
cato satisfactio; quoniam largiatur quod volueris mihi
minis. Nam etiam decreti necessitas evanescit il-
lud quum potes ingerere: Deum posse si velit,
absque omni satisfactione peccata remittere: Con-
stat enim, eum non velle, quia aliter decrevit:
ideo nec posse, quia non vult. Omnia enim potest jux-
ta Terrull. nisi quae non vult: nisi forte potest velle
mutare decretum, se ipsum regere aut non
regere. Evanescit quoque semiplenam suam satisfactionem.

409
ma, ut dixi, verè est de 3^o 3^o 3^o Ar, h. e. contradictio non
implians: nam semiplena solutio non est satisfactio,
vel decrevit Deus tantum partem defuit nobis à me,
diatore exigere; sed totum omnino debitum ad extremum
usque quadrantem: quia nullum omnino peccatum Deus
dimittit in punitum in aeternum: Maledictus omnis, qui
non manserit in eum ibi &c. At Christus non sensit ^{ita dicitur per sent}
mortem eternam, sed tantum triiduam: proinde ^{mortem eternam.}
non omnes poenae nobis debitas. Si mors eterna
tibi est eterna diuissio animae et corporis: fateor,
non sensit. Sed si ne reprobi quidem damnati sen-
tient. Haec igitur non est mors eterna, in morte mors eterna
verò eterna duo sunt. A. immensitas agonum et con- ^{quid sit!}
tium infernalium cum desertione et abiectione à Deo.
B. continuatio agonum et abiectionis in aeternum.
Alud per se adest morti eterna etiam in singula mo-
menta, hoc per accidens, cum non fit liberatio. It-
ud maxime sensit Christus: desertus et abiectione à Deo
et inferos usque, aliqui nobis sentiendum esset.
utramque reprobi sentient. Scripta jam extat
haec epistola supra. n. 4. hujus anni.

Clar. Viro D. Johanni Jacobo Gryne P. Pareus, S. P.

324

De Casparo nepote tuo, vir clarissime, amice ac fra-
ter in Domino honorande, ad reverendum virum D. Pola,
nam generum tuum amicum meum perscripsi a be rig.
Rogo autem, animum aliter ne induas tuum, quam
studia et profectus juventutis fidei mea commissa maxi-
me mihi cura et voluptati esse. Casparum verò non a
disputationum exercitiis, sed à peccandi occasione anno
superiore leges nostrae revocabant ne populum mi-
niam consuetudine exorbitaret longius. Interim
non desunt nostris exercitia domestica, ne philoso-
phica quidem. Sed tempus est, ut hunc obicem